PELAGIUS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 50r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Venerit in omni bona parte cui illa id est sapientia. Et respectantibus revela
tione domini nostri ihu xpi. Ille uere expectat aduentum xpi qui in omnibus ppa
ratus est. Revelatio autem dicitur domini aduentus. qa in nobis absconditus est. Qui
et confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini n. i. x.
Et doctrina sicut ait dauid. Confirma me in uerbis tuis. Et iterum. Pax
multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. Item. Orat p ipsis ut
usque ad finem uite suae inreprehensi in aduentum domini nostri ihu xpi permane
ant. Fidelis dis per quem uocati estis in societatem filii eius. Fidelis dis quia confir
mauit uos qa in societatem filii sui uocauit. Quam societatem iohis exponit
dicens. quo dis lux est. et tenebrae in eo non sunt ullae. Et iterum. Si dixerimus quia
societatem in illo habemus et in tenebris ambulamus mentimur. Et paulus ait.
Si con mortui sumus et conuiuemus si sustinemus et conregnabimus. Hic
locus contra arrianos qui in hoc minorem esse filium uolunt. quod per ipsum omnia
facta referantur cui hoc etiam in patrem cadat per quem in societatem filii eius
credentes uocat. Item alibi. Hoc contra arrianos ualet qui ministrum
preceptorem patris filium dicunt. quo scriptum est omnia per ipsum facta sunt. Hic autem
ostendit. quia et per dominum patrem uocati sunt in communione ihu xpi domini nri.

II

Obsecro autem uos fratres. Ad unum sentiendum concordiam reuocat. et ut ipsum
omnis loquentes hortatur. Inde alibi. Hinc iam causam contra dissensionem ad
greditur. Per nomen domini nostri ihu xpi. In quo nomine saluati estis et signa fieri esperi
stis. Vt idipsum dicatis omnes. Vt unum sentiatis atque dicatis. Et non sint in uobis
scismata. Scismata semper ex contentione nascuntur. Sentiat autem perfecti in eodem
sensu et in eadem sententia. Si unum sentiatis atque perfectus
Significauit enim de uobis fratres mei abbis quos dicebat. III Ecce perfectis
quia contentiones inter uos sunt. Quemadmodum apostolus credidit aliquid
de absentibus cum scriptum sit. Non credes auditum uana. Et iterum. Quae uiderunt
oculi tui loquere et cetera. Sed hanc gratiam habebat. ut posset absens quid in singu
lis ecclesiis agere sicut dicit ad colosenses. Et si corpore absens sum. sed spiritu
praesens. gaudens et uidens ordinem uestrum et cetera. Quia quaesiebat corinthios
ita agere ut audiebat. non credidit sine causa. quasi de absentibus. quae
conuersationem in spiritu probat. Hoc autem dico. quod unus quisque uestrum dicit. Ego